et edicendo modo premisso ad solvendum succubitis ac pro aliqua Principali ex premissis non completa complenda, Cuius exempli mandatus Recognoscens Generosus Michael Turecki aut eius posteri, Ad instantiam suprascripti Generosi Gabrielis Blazowski aut eius successorum. Ad Officium praesens Castrensem Capitaneum Premisliensem extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, Damna pro tacta simpliciter taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omnem Iudicatum pati debebit et tenebitur, Seq. ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens. Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes. Et scribatur reliqua ligamenta iuxta formam Cancellariae.

GVstrzycki Notarius Castrensis Premysliensis M: Capnensium Locipsensis Quietat.

Coram Subdelegatis Generosis Hieronymo Petrykowski Dapifero Rozanensi in locum Magci. Martini a Kamty Kamtski Artilleriae Regni Generalis Praefecti Capnensi et Francisco Podolski

491 in locum Generosi Nicolai de Vnikow Vstrzycki Notarij Castrensis Premisliensis manus hoc Subdelegationis in se bonaque sua quaeque omnia Vltro libere, et benevole coassumens Officio et Actis praesens Castrensis Capitaneum Premisliensem comparens personaliter suprascriptus Generosus Nicolaus de Vnikow Vstrzycki Notarius loci praesens sanus mente et corpore expressus a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedens praesenti vero Castrensi Capitaneo Premisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam libere

bere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Suprascriptum Magnificum Capitaneum Loci de Summa Duodecem Millium florenorum Polonicorum sibi Recognoscenti per eundem Magnificum Capitaneum Loci praesentis Acta Castrensis Capitanei Varsaviensis inscripta et super bonis suis proprijs et haereditarijs videlicet tota et integra villa Michowa nuncupata in Terra et Dietu Sanocensi consistens modo obligatorio de triennio ad triennium ad soluendum assecurata, Nec non de eadem ipsa Inscriptione obligataria Castrensis Capitanei ob plenariam et sufficientem Summam nostram Duodecem Millium florenorum Polonicorum per solutionem Quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat, Inscriptionem eandem obligatoriam in toto et per omnia Cassat, Mortificat, et annihilat, sibi suisque posteris ratione premissorum perpetuo imponendo silentium, Hactenus praesenti per eius recognitionem ad premissa omnia mediante.

Podolskie Conjuges M: Capitaneo loci praesentis Cedunt. 492

Coram Gnoso Hieronymo Petrikowski Dapifero Rozanensi in Locum Magnifici Martini a Kqnty Kqntski Artillerie Regni Generalis Praefecti Capitanei loci praesentis Subdelegato, munus hoc subdelegationis in se bonaque sua generaliter omnia Vltro et libere beneuole Assumentes Officio et Actis praesentis Castrensis Capitanei Premisliensis Comparentes per Gnosi Franciscus Podolski et Catherina Brzeska Conjuges legitimi Sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et Competentibus recedentes praesenti vero Castrensis Capitanei Premisliensis Iurisdictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publice, ac per expressum reco-